ris commemorationem diuinam clementiam cum omni
admiratione discamus quae summum honorem magnam
que gloriam nostrae naturae largita est; Terra & cinis eramus
sed hoc non dum nostrum uitium sed naturae inbecillitas fuit
inrationabilibus insen[sa]tiores fuimus; Conparatus est namque
(Psalmista)
ait homo iumentis insipientibus & similis factus est eis; & peius est
conparari quam nasci; Nam naturaliter non habere rationem
tolerabile est; uerum rationem decoratio non decoratum ;
Inrationabile naturae conparari uoluntatis est crimen; &
quando audis quod homo conparatus est iumentis non arbitre
ris quod eum inrationabili[b]us similem uol[uerit] demonstrare sed lon
ge peiorem; Non tantum quia homines facti ad inrationabilia
ad maiorem dementiam propera[u]imus / & hoc significans esa
ias dicebat; Cognouit bos possessorem suum & asinus praesepi
um dni sui; israhel autem me non cognouit; sed non priorem
conuersationem erubescamus; Ubi enim abundauit peccatum
superabundauit gratia; Uides quod iumentis inrationabiliores
fuimus; Cognouit bos possessorem suum & asinus praesepium dni
sui; Uis & au[i]bus nos inrationabiliores inueniri; Turtur & hi
rundo agri passeres agnouerunt tempora ingressus sui;
populus uero meus non cognouit iudicia dni; Ecce iumentis ecce a
uibus deteriora sentiamus & inracionabili[or]a cogitamus; Uis am
plius nostram inuenire naturam; formicarum nobis gesta nar
rauit & earum nobis imitationes ostendit; uade namque [in quid] ad
formicam o piger & emulare uias eius; formicarum sumus
facti discipuli / formicarum aemulatione uiuimus formica
rum conuersamur exemplis; In tantum amisimus humanę

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0137